

Paschalis ^{a)} festi rationem, quam multorum ^{b)} diu frequenterque a nobis exposcit instantia, nunc, adiuti precibus vestris, explicare curavimus; sequentes per omnia venerabilium 318 pontificum, qui apud Niceam ^{c)}, civitatem Bithiniae, contra vesaniam Arrii convenerunt, etiam rei huius absolutam veramque sententiam; qui 14 lunas paschalis ^{d)} observantiae per ^{e)} 19 annorum redeuntium ^{f)} semper in sese circulum stabiles inmotasque ^{g)} fixerunt, quae a cunctis seculis eodem, quo repetuntur, exordio sine varietatis ^{h)} labuntur excursu. Hanc autem ⁱ⁾ regulam prefati circuli non tam peritia seculari ^{j)} quam sancti spiritus illustratione sanxerunt ^{k)} et velut ancoram firmam ac stabilem huic rationi lunaris dimensionis apposuisse ^{l)} cernuntur. Quam postmodum nonnulli vel arrogantia despicientes, vel transgredientes inscientia, Iudaicis inducti fabulis, diversam atque contrariam formam festivitatis antiquae ^{m)} tradiderunt. Et quia ⁿ⁾ sine fundamenti soliditate non potest structura ulla consistere, longe aliter in quibusdam annis dominicum Pascha et lune computum ^{o)} prefigere maluerunt, inordinatos ciclos ^{p)} ordinantes ^{q)}; qui non solum nullam ^{r)} recursus stabilitatem verum etiam cursum preferrent ^{s)} notabilem ^{t)} errore ^{u)}. Sed Alexandrine ^{v)} urbis archiepiscopi, beatus Athanasius ^{w)}, qui etiam ipse Niceno ^{x)} concilio, tunc sancti Alexandri ^{y)} pontificis diaconus et in omnibus adiutor ^{z)}, interfuit et deinceps venerabilis Theophilus ^{aa)} et Cirillus ab hac synodi veneranda ^{bb)} constitutione minime discesserunt ^{cc)}. Immo potius eundem decennovennalem cyclum, qui ennia ce decerida ^{ce)} ¹⁾ greco vocabulo nuncupatur, sollicite retinentes, paschalem cursum nullis diversitatibus interpellasse ^{dd)} monstrantur. Papa denique Theophilus 100 cursum ^{ee)} annorum ^{ee)} Theodosio seniori principi dedicans et sanctus Cirillus cyclum temporum 95 annorum componens hanc sancti concilii traditionem ad observandas 14 lunas paschales per omnia servaverunt. Et quia studiosis et querentibus scire ^{ff)}, quod verum est, debet eiusdem

a) pascalis V. b) multuorum V. c) Neceam V. d) pascales V.
e) post V. f) fehlt V. g) immotasque L. h) varietates L. i) vero V.
j) seculare V. k) sanxierunt V. l) apposuisse V. m) unice L. n) qui
quem V. o) compositum V. p) circulos L. q) ordientes L. r) ullam L.
s) expreferent V. t) not. errore: errore notabilem L. u) Alaxandrine V.
v) Anastassius V. w) Neceno V. x) Alaxandrini V. y) adiutorii V.
z) Theofilus L. aa) reverenda V. bb) desciverunt L. cc) HNNHA KAY
ΔΕCΑΔΗΡΥΔΑ L. dd) interpolasse L, violasse übergeschrieben. ee) cur-
sum annorum: annorum cursum L. ff) sciri V.

¹⁾ Im Gegensatz zu dem Schreiber von L scheinen der Schreiber von V wie auch seine Überarbeiter kein Griechisch geschrieben oder verstanden zu haben.